

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Grammatica

[Straßburg], [um 1495/97]

Constructio tripliciter [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-289396](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289396)

Constructio tripliciter capit

scz. cōmuniter pprie. z ppriissime. Constructio cōmuniter capta. est cōstructibilium vnio. Et diuisitur in cōstructionē congruā et incongruā. Constructio congrua est illa. in qua cōstructibilia fm sua accidentia debite sunt vnita. vt albus homo. Constructio incongrua est illa in qua cōstructibilia fm sua accidentia indebite sunt vnita. vt spōsa pudicus. albus mulier. Sed constructio pprie capta Est constructibilium vnio ex modis significādi causata ad exprimēdum cōgruē mentis cōceptum finaliter adinuenta. Et diuiditur in cōstructionem pfectam et impfectam. Constructio perfecta est. que perfectaz sententiā demonstrat in auditoze quātuz in ipsa est. vt homo currit. Impfecta est illa que in perfectā sententiā demonstrat in auditoze q̄tum in ipsa est vt albus homo. Constructio ppriissime capta est ordinatio dictionum congrua perfectaz sententiā demonstrās. Et sic solum constructio perfecta et congrua est cōstructio. que cōposita est ex nomine z verbo scdm pristianum. Constructio proprie accepta est duplex. scz. simplex siue ptialis. et cōposita siue totalis. Composita est illa. que ex plurib⁹ q̄ duobus constituitur cōstructibilibus. vt magister legit grāmaticā. Simplex siue partialis est illa que ex duobus tm constituitur cōstructibilibus. vt magister legit. Constructio simplex siue partialis est multiplex. scz. Constructio suppositi cū apposito. Verbi cū obliquo. Nominis cū obliquo. Aduerbi vocandi vlt horandi cū vocatiuo. Verbi cū infinitiui. Prepositionis cum suo casuali. Verbi cū nominatiui. Coniunctionis cum suis coniugibilibus. Adiectiui cū substantiui. Demonstratiui et sui demōstrabilis. Relatiui et sui antee⁹ dentis. Verbi cum aduerbio. Interiectionis cū obliquo. Et omnis talis aut est transitiva aut intransitua. Transitiva est illa que constat ex partibus significātib⁹ diuersas res vel tanq̄ diuersas. vt sortes pcurit platonē. marcus pcurit tulius. Vel scdm antiquos. Transitiva est illa in qua fit transitio super obliquum. vt lego librū. Intransitua scdm alexandrū. est illa que constat ex partibus orationis significātib⁹ eandē rem vel tanq̄ eandē. vt marcus est tullius.

homo est asinus. Vel fm antiq̄s. Intransitiua est illa in qua non fit transitio sup obliquū. vt magister legit. Transitiua est duplex. scz actuum 7 personarum. Transitiua actuum est illa in qua fit transitio super obliquum. et alterum constructibile significat actum. vt lego librum. Transitiua personarum est illa in qua fit transitio super obliquum. et neutrum constructibile significat actum. vt liber plato nis. Intransitiua similiter est duplex. scz. Intransitiua actuum. 7 Intransitiua personarum. Intransitiua actuum est illa in qua nō fit transitio super obliquum. et alter constructibile significat actum. vt magister legit. Intransitiua personarum est illa in qua non fit transitio super obliquum. 7 neutrum constructibile significat actum transitiuē. vt albus vir. Aliter solent diffiniri p̄e dicit species constructionis. sed predictae descriptiones plus valent ad instruendum pueros. Sciendum etiam q̄ triplex est questiuum per que querimus de constructione. scz Que qualis. quanta. Per que querimus dupliciter. Primo. que vocatur ista constructio. Ad qd̄ respondetur. Suppositi cuz appposito. Verbi cum obliquo. et sic de alijs. Secundo sic. Que est ista constructio. Ad quod respōdetur. Transitiua vel intransitiua. Ad qualis respondetur. Congrua vel incongrua. Ad quanta respondetur. Perfecta vel Imperfecta. vt in sequentibus manifestabitur exemplis.

Magister legit Est constructio. Est. Que vocatur Suppositi cuz appposito. Que est ipsa. Intransitiua actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia ibi non fit transitio super obliquum et alterū constructibile significat actum. Quomodo regula. quia casus a parte ante rectus facit constructionem intransitiuam actuum. Versus. Appo cum suppo. facit ac intransitiuam. Qualis est ipsa. Congrua. Quare. Quia constructibilia eius debite sunt vnita scdm regulam artis grāmatice de hoc datam. Scdm quam regulaz. Suppositum et appositum debent conuenire in numero. in persona. et in rectitudine casuali. Quanta est ipsa. Perfecta. Quare. Quia perfectam sententiam generat in animo auditoris.

Legō librum Est constructio. Est. Que vocatur ipsa. Verbi cum obliquo. Que est

B